

141



L. FENE
 STELLAE DE
 magistratibus sacerdotijsq;
 Romanorū libellus, iam pri
 mum nitori restitutus.

POMPONII Leti iti
 dem de magistratibus & sa
 cerdotijs, et praeterea de di
 uersis legibus Ro.

Item
 VALERII Probi gram.
 de literis antiq. opusculum.



VALENTINVS CVRIO

LECTORI SALVTEM.

NActi nuper Fenestellæ cuiusdam collectanea, libellum sane utilem, sed mire corruptum hunc nos, quo studiosis commendabiliorem redderemus, ex autoribus illis, e quibus ille sua mutuauit, multis in locis restituimus. Porro quis hic Fenestella fuerit, non satis habemus compertum, apparet certe illum non esse historicum, cuius subinde Plinius, atque alij plerique testimonio utuntur, quando ipse cum Plinium & alios etiam posteriores citat, tum episcoporum atque archiepiscoporum mentionem facit alicubi. Vnde haud obscurum est, recentiorẽ hunc esse Fenestellam. Adpressimus huic Pomponij quoque libellum, atque Valerij Probi, propterea quod conuenire non male uidebatur, atque studiosi hoc spectare soleant, ut libros eiusdem argumenti libenter coniunctos emanant, Bene Vale.

L. FENE

STELLAE DE SACERDO

TIIS ROMANORVM LI

bellus prior.

De Panos sacris atq; sacerdotibus.

Cap. I.



MINIVM DEO-

rum, quos uetus Roma

norum religio excolu-

it, prima Pani Lyceo,

seu Faunum illum, seu

potius Syluanum uoca-

ri placet, per Lupercos

rem diuinam, luperca-

lesq; ludos fecisse apud

Lycæus.

Faunus.

Luperci.

uetustatis assertores constat. Ea quidem sacrorum ge-

nera ab Euandro rege, qui ex Arcadia profugus, in Euander,

eum locum uenerat, qui tandem Romanæ præfuit ar-

ci, ad nostros primum delata, ac celebrata fuisse ferun-

tur. Hunc Pana nudos pastores, quorum tunc præcipu-

um numen fuit, ac deinde quos summos etiam uiros ue-

nerari mos fuit, lorâque pro manibus ferre, quibus

quosque cæderent, laruisq; testas facies portare.

Cur autem nudi hunc deum colerent, pleraq; è cur-

riculo uetustatis ad nos usque delapsa referuntur. Siue coluerint

Pana qua

re nudi

coluerint

PO MPO NII LAETI DE RO. MA

GISTRATIBVS, SACERDOTIIS,
iurisperitis, & legibus, ad M. Pā-
thagatum libellus.

DE R E G E.



Rbis Romæ, & imperij Roma
ni conditor Romulus, Marte ge
nitus fuit. Is postquam omnium Romulus
consensu præfuit, legem tulit, ut
nemo regnum aut magistratum
iniret, nisi autor fieret deus,
ipseq; per auspicia confirmari uoluit. Vocabulum à re
gendo deductum est. Multitudinem omnem Romulus
diuisit in partes tres, quas tribus appellauit, & singu- Tribus.
larum tribuum duces tribunos nominauit, & ipsas tri Tribunus
bus in treginta partes diuisit, curias dixit, quoniam Curia.
earum cura respublica sententiam expediebat, et in-
de late ab regibus, quædam leges curiate denomina-
te sunt. Curiarum præfectos curiones dixit, & curio-
num decuriones. L. Papyrius, qui fuit tempore Tarqui curiate II.
nij superbi, late leges in uolumina redegit. Vnde iuris Curios.
ciuilis Papyriani nomen deducitur. Rex sacrificijs, tē Decurio-
plis & omni cultui deorum, & legibus, & moribus nes.
præerat, magnarum causarum iudex, minorum uero Ius ciuile.
causarum senatum uoluit esse ipse Romulus iudicem. Papyria-
num.

VALERII

PROBI GRAMMATICI

DE LITERIS ANTIQVIS

opusculum.



ST ETIAM CIR-
ca perscribendas, uel
pauciorib. literis no-
tandas uoces studiū
necessariū, quod par-
tim pro uoluntate cu-
iusq; fit, partim usu
publico & observa-
tione communi. Nam

apud ueteres, cum usus notarum nullus esset, scribendi fa-
cultatem maxime in senatu, qui aderant in scribendo, ut
celeriter comprehenderent, quaedam uerba atq; nomi-
na ex communi consensu primis literis notabant, & sin-
gulae literae quid significabant, in promptu erat, quod
nominibus, pronomibus, legibus publicis, pontificūq;
monumentis, iurisq; ciuilibus libris etiam nunc manet.
Ad quas notationes publicas accedit etiam studiorum
uoluntas, ut unusquisq; familiares sibi notas pro uolun-
tate signaret, quas comprehendere infinitum est. Publi-
cae sane tenendae sunt, quae in monumentis plurimis, &
historiarum libris, sacrisq; publicis reperiuntur, ut sunt
istae.

H S